



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XCIII. Ioannis Papae VIII. Ad Episcopos Sffraganeos  
Archiepiscopi Arelatensis. Iubet vt cum archiepiscopo suo, simul ac vocati  
fuerint, ad Trecensem Synodum veniant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

nuimus. Inter quæ equi nostri nocturno silentio nostris hominibus secure quiescentibus, a conciubus prædictæ ciuitatis latrocinarter furati sunt. Quapropter nos, qui secundum officium ministerii nostri pullulantia vitia gladio spiritali refescare mature debemus, hoc malum cælesti mucrone percutimus: ita vt nisi prædicti equi, & alia furtæ, nostris hominibus intra tertium diem redditæ fuerint, prædictos fures, cum omnibus consentaneis suis, eo quod latronibus latebras præbeant, & excommunicabimus, & anathemati submittemus. Inter hæc Adiuardum presbyterum, qui nobis in monasterio Flauiniaco ministrauit, cuius homines scutellam argenteam sancti Petri, nescio utrum consensu illius, an non, furati sunt, pro sacrilegio furti excommunicamus, & pari sententia vt supra, nisi eam rediditerit, constringimus. Data vt supra.

## EPISTOLA XCVIII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD EPISCOPOS SVFRAGANEOS ARCHIEPISCOPI  
ARELATENSIS.

Iubet vt cum archiepiscopo suo, simul ac vocati fuerint,  
ad Trecensem Synodum veniant.

*Omnibus venerabilibus episcopis suffraganeis coepiscopi  
& confratribus nostri Roffagni Arelatensis.*

**N**OTVM sit omnium sanctitati quia Domino opitulan-  
te pernecessariam vniuersalem Synodus sumus ce-  
lebraturi: ad quam, mox vt vos prædictus archiepiscopus  
vester apostolatus nostri literis conuocauerit, omni post-  
posita occasione, obedientiæ vicino gressu occurrere sata-  
gatis: quoniam sicut in communi Conuentu, gratia Christi  
duce, paternis parentibus iussis erit exaltatio; ita, quod  
non optamus, subtrahentibus se ab hoc magno collegio  
est subsecutura confusio. Apud urbem Lingonensem iv.  
Non. Iunias. Similiter Otteramno archiepiscopo Viennenſi, Aure-  
lianico archiepiscopo Lugdunensi, Roberto archiepiscopo Aquensi,  
Teutranno archiepiscopo Taraptaensi, Sigibodo archiepiscopo  
Narbonensi, Ariberto archiepiscopo Ebredunensi.